

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

IV. Protestantes de auxilijs contra Turcam sollicitat, qui tergiversantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

regnis jam ante quoque religio mutata fuerat, ut supra libro 4. diximus; alii contentionem, quae inter duos fratres Duces Winmaricenses, Electoris Palatini generos, exarserat, quam tam dictus Palatinus quam Saxoniam Elector plurimum ad res suas pertinere dicebant. At Philippus Hassiae Landgravius, & alii Principes tredecim ejusdem religionis, Marpurgum ab eo invitati, se per nuptias filii sui cum Ducis Wirtenbergici filia excusabant. Horum vero Principum nomina erant. Philippus Hassiae Landgravius, Gulielmus & Ludovicus ejus filii, Philippus Dux Holsatiae, Ernestus Dux Brunsvicensis, Christophorus Dux Wirtenbergicus, duo ipsius filii, duo filii Comitis Palatini Electoris, Wolfgangus Dux Bipontinus cum filio, & Johannes Georgius filius Marchionis Brädenburgen sis. Et ius quidem qui inviti aliquid faciunt, excusationum quam deest. Non parum tum Imperator indignabatur, quod tam propinquo se vissimi hostis metu, Principes genio & convivis indulgerent, simulque verebatur ne per hanc occasionem aliquid in religionis negotio de novo tentarent; præfertim quum ex omnibus Principiis familiis qui religionem Protestantum sequabantur, illo in conventu quidam præsentes essent. Præcipua ipsius cura fuit, ut Comitem Palatinum tam ad antiquam religionem, quam officium reduceret, qui Augustana Confessionis adeo inter se dissidentis pertinuerunt, Geneensem ejus vulnera tunc velut recentis mercis latebant, fuerat amplexus, ut alibi ostendam.

IV. Itaque Maximilianus, quod periculum in mora esset, solo Bavariæ Duce comitante, Augustam profectus est. Misserunt quidem eo Protestantes Legatos suos; sed Imperator, quod de magnis & ad totius Christianæ Reripublice salutem pertinentibus rebus agendum esset, Principes per omnia sacra obtestatus est, ut ipse eo venirent, nec bello inter Danos & Suecos decipi se sinerent, sed Iesu Christi honorem suis nuptiis & epulis, ac publicas utilitates privatis anteponerent. Interea Solimanus maximis viribus Hungariam pervagatus, pleraque suæ ditionis fecit. Comitiis tandem celebratis, deliberatum fuit, de hæretibus Pace religionis non comprehensis, immo Augustini Conventus Anno M.D.LV. habitu decreto damnatis, ex Imperio profligandis ac penitus extirpandis: tum etiam de auxiliis contra Turcam conferendis. Facile tum videbat Elector Palatinus, non solum Anabaptistas, Arrianos & alios hæreticos, verum etiam se suosq;

Calvinistas, quorum Confessioni se se ad junxerat, isthac propositione designari. Quare omni studio & elaboravit ut hac de re eo in conventu nihil omnino fuerit decretum: de altero vero facile assensit, ut nimis contra Turcas auxilia contribuerent; cuius expeditionis eventum libro IV. explicavimus. Et hic tum quidem rerum erat per Germaniam status: quem crebris offensionibus, ac præfertim religionis dissidiis vehementer labefactatum, mors Solimani non parum recreavit. Deo providente, ne dum suos flagellat & terret ad penitentiam, hostis nihilominus sanctam Ecclesiam non plane conculceret.

DE VARIIS AC DIVERSIS FIDEI CONfessionibus, Principum iussu cisis, & per ipsorum editiones divulgatis: deque alterationibus Theologorum.

CAPUT OCTAVUM.

ARGUMENTUM.

- I. Pace inter Principes facta, calamo inter doctos dicuntur.
- II. Quid Calvinus de Luthero senserit & dixerit.
- III. Faceta Narratio de quodam qui nullibi reportis eiusdem religionis ociis, ad Catholicam Ecclesiam rediit.
- IV. Colloquium Numburgense.
- V. Brema religio mutata, & Calvinismus sensim introductus.

I. Pace cum Protestantibus in Germania Principibus post Saxonem & Landgravium liberatis, ita tamen accisit viribus ut movere nihil amplius possent; Mauritio etiam in prælio occiso, & crudeli illo Alberto Brandenburgico profligato, à Carolo V. facta, & à Ferdinando Imperatore prudenter continuata: bellum inter Theologos acerrimum fuit exortum; compositoque ferreo bello, papyraceum actrius gerit & cœpit. Novæ ac multipli-ces prodeunt undique Fidei Confessiones, tam Principum quam privatorum Theologorum nomine. Unam Saxoniam Dux edidit, aliam Comites Mansfeldenses; rursus aliam Christophorus Dux Wirtembergicus: quibus non solum Zwingiani & Calvinistæ, quorum secta tum in Germania glisebat, sed Melanchthoniani etiam & Maj-

E 33 ristæ,